Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-248547-p0001-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-248547-p0002-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-248547-p0003-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-248547-p0004-6

1707.

1. *Zenicker, Gottlob Fridericus: Rector acad. Lipsiensis festum paschale in templo Paulino solemniter celebrandum intimat (simulque ad solennem panegyrin Gottlobii Friderici Zenicker invitat)

2. Barthius, Gotthofredus: De anticipatione.

3. Bohn, Christian Michael: De laici foro ecclesiastico

4. Bohn, Johannes: De abortu salubri

5. Gribner, Mich. Hen.: De primariis precibus Imperialibus sine pontificis indulto validis

6. Gribnerus, Mich. Hen.: De exheredatione liberorum sine parentum consensu sponsalia nuptias ve contrahentium.

7. Hasius, Joh. Matthias: Specimen algebrae ad artem fortificatoriam applicatae

8. Hoeckerus, Joh. Fridericus: De literarum cambialium indorsamento

1707.

9. Zanus, Daniel Fridericus: De Dracone legislatore Atheniensium.

10. Ittigius, Gottofredus Nicolaus, procancellarius fac. jur. actum solemnem praesentationis sex. candidatorum juris (Gustavi Henrici Mylii etc.) indicit et ad eundem invitat.

11. Voegel, Joh. Ernestus: De vicariatu Saxonico in casu absentiae Imperatoris

12. a.b. Mencken, Gottfridus Ludovicus: De novellarum glossatarum et non glossatarum auctoritate juris. 2 Exempl. 1707 u. 1741

13. Menckenius, Fr. Burchardus: De primeriis, veteris Westphalorum judicii scabinis ad illustrandam Patriae Urbi a Papa Nicolao V A. 1451. adversus illos concessum privilegium.

1707.

14. Menckenius, Lucdenus: Tractationis synopticae processus juris communis et imprimis Saxonici Electoralis Disputatio VIII.

15. Mylius, Gustavus Henricus: De conditione ex l. 4. C. fin. Reg.

16. Nabath, Martinus: De sterilitate mulierum.

17. Neumannus, Georgius Fridericus: Epistola gratulatoria, cum juris utr. Doctor renunciaretur: De eruditis, qui patriam suam nonnunquam obscuram nobilitarunt.

18 Olearius, Johannes Fridericus: De dominio mulieris in rebus propter nuptias donatis.

19. Titius, Gottlieb Gerh: De successione in Germaniae territoria.

20. Troppanneger, Joh. Frid: De potestate Electorum et principum imperii circa jus nobilitatis subditis suis conferendi. -- 2 Exempl. 1707? 1743.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-248547-p0008-8

1707,10
27 40

PROCANCELLARIUS

GOTHOFREDUS NICOLAUS ITTIGIUS,

PHILOSOPH. ET JURIS UTRIUSQUE DOCTOR,
PANDECTARUM PROFESSOR PUBLICUS,
FACULTATIS JURIDICÆ ASSESSOR, CANONICUS
NUMBURGENSIS, ET MINORIS PRINCIPUM
COLLEGII COLLEGIATUS,

ACTUM SOLENNEM PRÆSENTATIONIS

SEX
CANDIDATORUM JURIS
INDICIT
ET AD EUNDEM
LECTOREM BENEVOLUM
OFFICIOSE ATQUE DECENTER
INVITAT.

de Irenarchis.

Tit. [illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-248547-p0009-7

Q. D. B. V.

CUm tantis, tamque variis ſæpius malorum fluctibus jactemur, & obruamur mortales, qui turbulentum hoc vitæ pelagus ingreſſi, ad longe exoptatæ quietis ſecurum portum impigre tendimus; Certe nulla major, ac flagrantior ſollicitudo iis, à quorum nutu ac juſſu cuncta in Republica pendent, eſſe debet, quam ut pacata habeant ſua regna, ipſisque ex voto tranquille fruantur. Bene hoc obſervarunt Quirites, exiſtimando, Præſidibus provinciarum non modo congruere, ut die noctuque & omni animi cura adhibita id agant, ut careant provinciæ malis hominibus, qui omni modo, atque alacri ſtudio in id intendunt, ut omnis Juſtitiæ promoveatur interitus, & privatum commodum, publico proſtrato, augeatur, & multiplicetur, quapropter,

ut hi eo faciliori extinguerentur negotio, certos Officiales conſtituebant Romani, qui jam delineatos facinoroſos, ac malignos per ſingula territoria conquirerent, hosque apprehenſos examinarent, & examinatos cum elogio literis incluſo atque obſignato, ad ulteriorem (ut par eſt,) cognitionem Magiſtratui competenti mittebant puniendos, nec ita male, maxime enim Reipublicæ intereſt, ne delicta maneant impunita, cum non major ſit peccandi illecebra, quam impunitatis ſpes, atque hac ipſa ſeveritate & juſtitia tranquillitatem Rebus publicis neceſſariam reparabant & conſervabant.

Vocabantur autem hujusmodi criminum nunciatores, & delatores Irenarchæ, ἀπὸ τῦ ἄρχειν τῆς εἰρήνης, quod ad provinciarum quietis, & pacis tutelam per ſingula territoria multum conducerent, facerentque ſtare concordiam, & in quantum hi fideliter, & diligenter, uti quidem debebant, humeris ſuis impoſitum executi fuerant officium, & relationes quoque eorum veritate nitebantur, jure meritoque collaudabantur, ſecus ſi parum prudenter, nec exquiſitis, & ſufficientibus indiciis, & argumentis, ſimpliciter & maligne quosdam hujus, vel illius criminis commiſſi reos denunciaverant, & temerario auſu innocentes proſtituerant, tunc etenim non laudem, ſed gravem pœnam, certiſſimum, ac inevitabile flagitiorum & ſcelerum præmium merebantur, partim, ne ipſi impoſterum ſimile quid moliri auderent, partim quoque, ut cæteri horum exemplo perterriti ab hujus flagitii genere abſtinerent. Ex eo

autem,

autem, quod nihilominus ſuos affectus malignos Irenarchæ temperare non potuerunt, factum eſt, ut nec hujusmodi delatoribus fides omni exceptione major ulterius habita, imo propter abuſum & temeritatem ab Honorio & Theodoſio plane abrogati, a Juſtiniano vero revocati fuerint, ita tamen, ut ipſorum relationes ad minimum non ad maturandam condemnationem ſuffecerint, cum teſtis unicus, licet alias præclaræ curiæ honore præfulgeat, regulariter non probet. Quamobrem etiam ab iis inculpati ex integro ſua defenſione, quæ nemini deneganda, audiebantur, & pro ratione circumſtantiarum vel condemnandi, vel abſolvendi judicabantur.

Ab his vero Irenarchis ſeu publicis criminum obſervatoribus & denunciatoribus longe differunt, & ſeparandi veniunt virtutum & laudum præcones, illi enim triſtitiæ, hi lætitiæ, illi delictorum, hi prælcare geſtorum nuncii, illi pœnarum, hi præmiorum Exactores exiſtunt, qui bene meritorum, ad capeſſendas dignitates candidatorum indefeſſa virtutum, & doctrinæ ſtudia, vitæ morumque probitatem, & ſolertiam, expediendorum fidem, aptitudinem & habilitatem laudando & demonſtrando, divulgant, & vel per publica, & typis in perpetuam rei memoriam edita Programmata, prout quidem in promotionibus Doctoralibus aliarum Academiarum moris eſt, vel etiam ſicut in noſtro Lycæo, in primis in Juridica Facultate, a fundatione per tria ferme ſecula in hunc usque diem laudabili plane

conſuetudine invaluit, per publicum eo nomine inſtitutum Præſentationis Actum ſolenniorem deprædicant, non abſimiles iis, qui in Romanæ urbis provinciis, Ulpiano teſte, olim, ſi forte Pro-Conſul aut ejus Legatus in celebrem quandam civitatem, vel Provinciæ caput noviter advenerat, civitatem commendare conſueverunt, quorum & laudes illi non gravate audire, ſibique commendari tenebantur pati, quorum & teſtimonia eo fortiora, dum non ab extraneis, ſed iis tribuuntur, qui cum ipſis diutius vixerunt, eorundemque longiori tempore extiterunt propiores, & diuturniores moderatores ac arbitri, qui loqui poſſunt, quæ liquido norunt, & teſtari quæ viderunt.

Cum itaque non ita pridem ab Inclyta Facultate Juridica noſtra ſex ejusmodi Candidati, ſcilicet:

Guſtavus Henricus Mylius } Lipſienſes.
M. Gottfried Ludwig Mencke }
Chriſtian Michaël Bohne }
Johannes Fridericus Troppanneger, Dresd.
Johannes Erneſtus Kregel, Lipſienſis.
M. Johannes Friedericus Hœckner Stolbergenſ.

ea qua decet modeſtia petierint, ut feliciter abſoluto nunc tam humaniorum literarum, quam utriusque Juris Curſu, quem & Parentum, (quibus ſimul de honoribus filiorum propediem digne conſequendis cordici-

tus

tus gratulor) & Patronorum ſuaſu, ſummis vigiliis absque ulla diffidentia ſuſceperunt, & in diverſis Academiis indefeſſo ſtudio continuarunt, digni tandem judicentur, quibus tot exantlatis laboribus ſummus in utroque jure deſtinatus honor conferatur; honeſtiſſimo eorum deſiderio Ampliſſimus Ordo Juridicus nec deeſſe, nec hac in parte ab Anteceſſorum noſtrorum inſtitutis recedere voluit, quin potius decrevit, ut propediem Ipſi more majorum ſolenni, uti vocant Præſentationis Actu formato, in publicam lucem producantur, ut ubi Excellentiſſimus Præſentator cujusvis natales, vitam & mores, maxime ſtudiorum progreſſus, & merita uberius recenſuerit, omnes & ſinguli Auditores valeant judicare, annon ſint tales, quibus tuto Doctoralis dignitas conferenda. Cum vero ex clementiſſimo indultu *Sereniſſimi ac Potentiſſimi Principis ac Domini Domini Friderici Auguſti Regis ac Ducis Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium, Angriæ & Weſtphaliæ, Sacri Romani Imperii Archi-Marechalli & Electoris, Landgravii Thuringiæ, Marchionis Miſniæ, ſuperioris & inferioris Luſatiæ, Burggravii Magdeburgici, Comitis Principali dignitate Hennebergici, Comitis in Marca, Ravensberg, & Barby, Dynaſtæ in Ravenſtein &c.* Adminiſtratorio nomine *Reverendiſſimi & Celſiſſimi Principis, ac Domini Domini Mauritii Wilhelmi, Ducis Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Montium, Angriæ & Weſtphaliæ, Poſtulati Adminiſtratoris Epiſcopatus Martisburgenſis, Landgravii Thuringiæ, Marchionis*

chionis Miſniæ, nec non utriusque Luſatiæ; Comitis Principali dignitate Hennebergici, Comitis de Marca & Ravensberg, Dynaſtæ Ravenſteinii &c. Nutricii itidem noſtri Benigniſſimi, & Cancellarii hujus Academiæ Perpetui, Domini mei Clementiſſimi, Pro-Cancellarii vices in hoc ſolenni Actu ſuſtinere juſſus ſim. Ritui autem illi peragendo proximi inſtantis diei Lunæ, qui incidit in 26 Septembris, horam a meridie ſecundam ſepoſui, idcirco ut is eo ſolennior fiat, Magnificum Academiæ Rectorem, & Cæteros utriusque Reipublicæ Proceres Ampliſſimos, Dominos item Studioſos, ut prædicto tempore præſentes commendationi Dominorum Doctorandorum interſint, laudesque eorum haud gravatim audire, & congratulari velint, ea qua par eſt obſervantia & humanitate rogatos cupio, neque enim erit dubium, quin nobiscum Domini Doctorandi hoc benevolentiæ genus ſuo honori ſint vindicaturi, & omni officiorum genere compenſaturi.

Dabam Lipſiæ d. 25. Sept. Anno 1707.

LIPSIÆ,
Literis IMMANUELIS TITII.

Leipzig, Diss., 1707

ULB Halle 3
005 395 437

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-248547-p0017-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-248547-p0018-4

1707, 10
~~40~~
27

PROCANCELLARIUS
GOTHOFREDUS NICOLAUS ITTIGIUS,

PHILOSOPH. ET JURIS UTRIUSQUE DOCTOR, PANDECTARUM PROFESSOR PUBLICUS, FACULTATIS JURIDICÆ ASSESSOR, CANONICUS NUMBURGENSIS, ET MINORIS PRINCIPUM COLLEGII COLLEGIATUS,

ACTUM SOLENNEM PRÆSENTATIONIS

SEX

CANDIDATORUM JURIS

INDICIT

ET AD EUNDEM

LECTOREM BENEVOLUM

OFFICIOSE ATQUE DECENTER

INVITAT.

de Irenarchis.

Tit. ...